



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De hoc si paruulus ægrotans ad quemlibet presbyterum baptismi gratia
defertur. xlix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

firmum baptizare noluerit, vel pro intentione itineris, vel de aliqua excusatione, & sic sine baptismo moritur, deponatur.

De illis qui denuo baptizati sunt. Cap. XLVII.

His verò, de quibus similiter dilectio tua nos creditit *Ex decr.* consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu *Leonis pa* coacti, vel errore traducti sunt, & nunc se contra catholi- *pæ, ad Ni* cae fidei sacramentum egisse cognoscunt, ea est custodiē- *cetā spi* da moderatio, qua in societatem nostram non nisi per pœ- *scopum* nitentiæ remedium, & per impositionem episcopalis ma- *Aquiliē* nus, communionis recipient *Vnitatem. Tempora autem sem, cap.* pœnitudinis habita moderatione tuo constituenda iudi- *47.* cito, prout conuersorum animos inspexeris esse deuotos, pariterque etiam habentes ætatis senilis intuitum, & periculorum quoruinque aut ægritudinum respicientes necessitates. In quibus si quis ita grauiter vrgeatur, vt dum adhuc pœnitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem cōmunionis gratia subueniri.

*De hoc si parvulus ægrotans ad quemlibet presbytero-
rum baptismi gratia defertur. Cap. XLIX.*

Si parvulus ægrotans ad quemlibet presbyterorum ba- *Ex decr.* ptismi gratia de cuiuslibet parochia allatus fuerit, ei *Eugenij* baptismi sacramentum non denegetur. Si quis hoc munus *papæ, ca.* petenti concedere detrectauerit, & ille parvulus absque *6.* baptismatis, gratia mortuus fuerit, nouerit ille se, qui eum non baptizauit, pro eius anima rationem redditurum, & apud synodus acerrime corrigendum.

De illis qui bis vel ter cōfirmati vel baptizati sunt. Cap. L.

Dictum nobis est, quod quidam de plebe bis, aut ter, ab *Ex conci.* episcopis ignorantibus tamen eisdem episcopis con- *Terraco* firmentur. Nnde nobis visum est, eandem cōfirmationem, *nensi, ca.* sicut nec baptismum, iterari minimè debere: quia bis vel *6.* amplius baptizatos aut confirmatos, non seculo sed soli domino sub habitu regulari vel clericali religiosissimè famulari decretum est.

De illis qui bis ignorantes baptizati sunt. Cap. LI.

Qui bis ignorantes baptizati sunt non indigent pro *Ex pœni-* co pœnitere, nisi quod secundum canones non pos- *tentiali.* sunt ordinari, nisi magna aliqua necessitas *Theodo.* cogat. Qui autem non ignari iterum baptizati sunt, *cap. 14.*

Q *iiiij*